MATTHIÆ BOETII
DE CATACLYSMO NORSTRANDICO,
COMMENTARIORUM
LIBER SECUNDUS.

AT non satiari potuit, hisce Stintebyllanorum, Ilgroviorum, vicinorumq; , cladibus multiplicibus, agrorum jacturis, & habitationum mutationibus molestissimis, supremo ita disponente Numine, sævientis Oceani rabies. Sed denuò illos adoriens, & tempore infestavit diutino: ac exciso omni lare, pulsisq; incolis, per magnum iterum sibi rapuit agrorum numerum. Ferunt solum Stintebyllanum, aggeribus struendis sustentandisq; non admodum esse idoneum, quippe molle, ac rarum, minusq; tenax, ac glutinosum. Eoq; fieri, ut & vallum assultibus pelagi, minimè valeat resiste-